

vana delusus, meæ filia commoda  
 negligerem, conditionesq; alias præ-  
 terirem: hic cavendum jam mihi, ne  
 bono viro quid promittam (aut  
 quod promissi esset loco tuam epi-  
 stolam ad eum mittam) quod fortas-  
 se mea potestatis non sit: si nimirum  
 interea prospiciatur meæ à cognatis,  
 resque sit non amplius integra. In  
 causa nunc versantur ista. Ut non  
 visam à me petat, ipse nunquam vi-  
 sus, impertinens existimat: & ta-  
 men moræ est impatiens, quoad in  
 conspectum venire possit. Destinat  
 nundinas Francofurtenses. Ex tua  
 verò ad illū epistola multa disco &c.

Me tamen horum nihil terret,  
 dum reputo hominem industrium  
 & laboriosum esse, qui æquè fortè  
 facilè victum quærere possit, atque  
 locupletior aliquis sed negligens,  
 hac tempestate, bonis suis excidere.

Tua